

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 1mum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

amari. Fac, ut tu solus tota sis intentio mea, unica
spes mea, omnis delectatio mea.

2. Credo itaq, Domine, credo te unicū esse fi-
nem meum: Credo te esse verum, propriū, natura-
lem locum, sedem, ^{ac} centrū. ~~Et videri~~ anima mea in
quo ipse per suā ideam ab aeterno quiescit, à quo
tempore creationis affluxit, in quod redire debet
et in quo solo tandem conquiescere potest. Sed heu
quanta est coecitas mea: ego ad ^{hoc} conditus sum, ut
fruar te summo bono meo, jamq, in hoc exilio ti-
bi uniar, ac futurā beatitudinē ^{quodam} aliquo modo pra-
gustem. Ad hoc data est mihi memoria, ut tui recor-
der, ~~ad hoc~~ ^{in dote} concessus intellectus, ut te contempler, ~~ad~~
~~hoc~~ ^{in dote} voluntas, ut te unice diligam; et ta-
men has anima vires in me manifestare pa-
tior, easq, veluti in putenti coeno immergo,
dum ad res infimas cogitandas et amandas
me demitto. Ah confiteor adversum me insi-
pientiam meam Domino, sed tu clementissi-
me Deus ignosce erranti, illucesce coecutien-
ti: saucia, ah saucia interiora cordis mei i-
culo amoris tui, ut te semper cogitem, tui
semper recorder, te semper ambiam, ad te per-
petuo anhelem, et sic in te jugibus deliciis
affluam.

3 O dulcissime Deus, quid impedit cor-
meum, quod non semper tendat, et currat
ad te? Quis oro te ditior, quis poten-
tior, quis sua bona liberalius communicat?

Quanam igitur catena tam fortis, ut me im-
 pedire queat, quo minus ad tantum bonum
 properem, et in eo delelter? Si amor
 seculi, et omne, quod in eo reperitur, nil
 aliud est, quam flos agri, guttula ma-
 ris, momentum statera, quam ^{in me} ~~in me~~ pote-
 rit res adeo exigua, impetum cursus mei
 ad te vastissimam bonorum abyssum re-
 tardare? An parva quadam palea, lapide
 in aere detinebit, quo minus ad centrum
 suum recurrat? et ego patiar, ut levissi-
 ma palea ^{inim} ~~inim~~ aliud est, quidquid in hoc
 mundo videtur magnificentum: / impediatur cur-
 sum meum ad te, qui es ultimus et desidera-
 tissimus finis meus, centrum anime mee ac
 omne bonum meum. Ah non patiar Do-
 mine, non patiar: ecce omnia preter te
 relinquere, et tibi soli adherere cupio; Sus-
 cipe me Domine secundum eloquium
 tuum et vivam, ac quiescam in te; et non
 confundas me, ab expectatione mea.

psal 118

Caput 2^o d^o

~~Alia aspirationes ad Deum~~
~~tanquam sine alio~~
 Continuatio earumdem Aspi-
 rationum

Quemadmodum, o Domine Deus meus,